e-codices

Pſe Probus homo eſt ut predicare te audio cha immo ſi ſcias
Vbi te aſpexerit narrabit ultro quid eſſe uelis
Sed quid eſ acturuſ. Pſe dicam tibi hominem exornauero
Subdititium fieri ego illum militiſ ſeruum uolo
Simbolum hunc ferat lenoni cum quinqꝫ argenti minis
Mulierem ab lenone abducat. em tibi omnem fabulam
Ceterum quo quicque pacto faciat ipſi dixero
cal Quid nunc igr̃ ſtamus: Pſe hominem cum ornamentiſ omnibꝫ
Exornatum adducite ad me iam ad trapezitam aeſchinum.
Sed properate. cha prius illic erimuſ q̃ tu. Pſe abite ergo
Ocius. quicquid incerti mihi in animo prius aut ambiguũ fuit
Nunc liquet nũc defecatum eſt cor mihi. nunc per uiaſ
Omneſ ordineſ ſub ſignis ducam legioneſ meaſ
Aui ſiniſtra auſpicio liquido atque ex ſententia
Confidentia eſt inimicoſ meoſ me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forum atqꝫ onerabo meiſ preceptiſ ſimiam
Quid agat: nequid titubet: docte ut hanc ferat fallaciam
Iam ego hoc ipſum oppidum expugnatum faxo erit lenocinium.

PVERI DVO

Cvi ſeruitutem dij danunt lenoniam puero atqꝫ eidem ſi addunt
Turpitudinem ne illi q̃tum ego nũc corde conſpicio meo
Malam rem magnam multasqꝫ erũnas danunt uelut hęc
Mihi euenit ſeruituſ ubi ego omnibꝫ puiſ magniſq: miſerijſ
Prefulgior: neque ego amatorem mihi ullũ inuenire queo
Qui amet me ut curret tandem nitiduſculę: nunc huic
Lenoni hodie eſt natalis dieſ: interminatuſ eſt á minimo ad maximum
Si quiſ non hodie munus miſiſſet ſibi eum cras cruciatu
Maxumo perdere nũc neſcio hercle rebus quid faciam meiſ
Neque ego pol illud poſſum quod illi qui poſſunt ſolent
Nunc n̄ lenoni munus hodie miſero. cras mihi potandus
Fructus eſt fulloniuſ heheu q̃ ille hercle ego ēt nunc ſum paruulus
Atqꝫ edepol ut nũc eum male metuo miſer ſi quiſpiam det
Quia manuſ grauior ſiet quanq̃ illud aiunt magno gemitu fieri
Comprimere denteſ uideor poſſe aliquo mõ. ſꝫ comprimenda eſt
Mihi uox atqꝫ oro heruſ eccum recipit ſe domũ & ducit coquum.

BALLIO LENO COCVS PVER.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 179r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/179r)